

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diuinitio a
cum uariis

Varro dixit diuinationum quattuor esse genera: terram, aquam, aerem et ignem. Id est geomanciam, ydromanciam, aeromanciam, pirromanciam dictam augtomant. Diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos simulant, et astuta quadam fraudulencie hominibus futura coniecturant.

Augustinus in libro de natura demonum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

diuinationum quattuor esse] quattuor esse diuinationis V² L¹ L²; aerem] aera V² L¹ L²; id est *om.* P V¹, hinc V² L¹ L²; ydromanciam] ingromanciam (*cor. intra*) C; augtomant] augromant M P V¹, constat V² L¹ L²; esse *om.* V² L¹ L²; simulant] simulat V² L¹ L²; astuta] astutia V² L¹ L²; fraudulencie] fraudulentia P V¹, fraudulenta V² L¹ L²; coniecturant] coniectant V² L², coniectat L¹, Duo sunt autem genera diuinationis ars et furor. Incantatores dicti sunt qui peragunt uerbis artem. Sunt arioli. sunt aruspices. sunt augures. qui et auspices et sortilegi. auspicia et auguria. sunt phytones genetliaci. sunt salisatores. sunt et prestigia. Cuncta autem haec sunt a Christiano uitanda. et omni penitus exacratione repudianda atque damnanda. nam in his omnibus ars daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et malorum angelorum exorta. *add.* V² L¹ L²; Augustinus in libro de natura demonum] Isidorus libro 8. capitulo 9. ubi plenius de omnibus agitur et ex Augustino in decreto quaestione 26. V² L¹ L²